



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

VIII. De immoderatis sumptibus visitatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

fuerit expedire, quod de consilio ordinarii ad alia
sui ordinis claustra destinentur.

VII.

Item, licet felicitatis recordationis Gregorius papa nonus providere statuerit, ut in singulis regnis seu provinciis praelati ordinis sancti Benedicti de triennio in triennium capitula regularia celebrare deberent, & nos idem statutum in provinciali duxerimus innouandum; quia tamen nullus fructus adhuc est ex praedicto statuto & innouatione, repetita vice decreuimus eadem capitula celebrari; iure tamen ordinariorum per omnia saluo.

VIII.

Item ne monasteria immoderatis visitatorum sumptibus grauiter onerentur, statuimus ut quilibet abbas, qui pro tempore visitator fuerit, vel etiam capitulum generale accesserit, octo cuectionum numerum non excedat: inferiores vero abbates paucioribus sint contenti.

IX.

Item cum dolore accepimus, quod quaedam moniales in eodem monasterio communiter habitantes communem vitam non ducunt, nec in eodem comedunt refectorio, sed seorsum per cameras speciales. Volumus igitur ut communiter regularia loca frequentent, & in eodem refectorio communibus cibis utantur. Et quod abbatissa ab aduentu Domini usque in octauam epiphaniae, & a septuagesima usque in octauam paschae, in dormitorio dormiat, & in refectorio comedat cum eisdem.